



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Decimoseptimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

Decretum Congregationis pro duplici dumtaxat filiatione, & bipartita alternativa

Preces Regis pro Decreti confirmatione.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, praepositam: Eadem vero Congregatio Decretum edidit tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus D. N. supplicem hunc libellum benigne remisit, attentis narratis, referente Eminentissimo Sanctae Prisca, petitam gratiam alternativam inter duas filiationes existentes benigne impertita est, in reliquis instantiam rejecit. Romae 25. Septembris 1716. -- F. Cardinalis de Abdua. -- R. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte ejusdem Joannis Regis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret; Nos piis ejusdem Joannis Regis votis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praefertum auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robor adjuicimus; Silva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Conventuum, Congregationis, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Octobris MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo sexto.

CLI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium approbans Decretum Capituli Fratrum Praedicatorum Provinciae Portugalliae super immoderatis expensis fieri solitis a Monialibus in earum officiiis.

Innoc. XI. Const. ed. 1685. Feb. 22. P. 9. confirmatae fuerunt Constitutiones Monialium Recollectorum SS. Trinitatis in Hispania. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728. Sep. 19. P. 4. prohibentur Monialibus S. Radegundae Mediolanen. musici concentus figurati.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 12. Dec. 1716. An. 17.

Epitome Decreti Capituli Provinciae Portugalliae celebrati.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Dominici a Sancto Thoma Vicarii Generalis, & Definitorum Capituli Provinciae Portugalliae Or-

dinis Fratrum Praedicatorum Congregationi venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod cum ipsi mature considerassent damnum, ac scandalum, quod ex causa immoderatarum expensarum quae per Moniales ejusdem Ordinis in ipsarum officiiis ultra id eis permissum fieri solebant, oriebatur, in eorum Capitulo anno 1714. celebrato prohibuerant sub poena excommunicationis majoris ab ipsis Monialibus incurrenda, ne ipsae plus illo, quod per eas in eorundem officiorum exercitio, excepto tamen illo Sacristanae quoad expensas ad cultum Divinum spectantes, viginti ab illinc annis impendebatur, erogarent, & alias prout in Decreto dicti Capituli ab ipsis exponentibus die 24. Aprilis ejusdem anni subscripto, tenoris sequentis videlicet: -- Fr. Domenico di S. Tomaso Maestro in Sacra Teologia, Consultore di S. Offizio, e Vicario Generale di questa Provincia di Portogallo con li PP. Definitori del Capitolo celebrato in quest' anno 1714. Avendo Noi considerato li perniciosi effetti, che ne nascono di spendere le Monache nelli loro Offizj più di quello, che possono, e che si costumava, senza riguardo al voto della povertà, e con scandalo de' Secolari, ed altri danni, alli quali dobbiamo dar rimedio, comandiamo sotto precetto formale, e di scomunica maggiore ipso facto incurrenda, che veruna Religiosa di questa nostra Provincia spenda nel li Offizj più di quello, che si costumava spendere veni anni sono, per il che non gli sia sufficiente preteso ricevere dalli loro Padri, o Parenti, ed Amici quello, che vorrebbero spendere di più, eccettuato però nell' Offizio, e carica di Sagrestana per quello appartiene al culto Divino, e sotto il medesimo precetto, e censura comandiamo alle Superiori, che facciano osservare questa disposizione, e Ordine, e sappino non essere eccettuate dalla medesima legge per quello appartiene a' loro Offizj. Dato in questo nostro Convento di S. Domenico di Lisbona li 26. Aprile 1714. -- Fr. Domenico di S. Tomaso Priore, e Vicario Generale. -- Fr. Galuto Maestro, e Definitor. -- Fr. Emmanuele de Aguiar Maestro, e Definitor. -- Fr. Gio. di Santa Maria Dottore, e Definitor. -- Registrat. fol. 102. Fr. Gio. di S. Alberto Secretario, e Complimentario. Loco * Sigilli. -- Ideoque pro parte dictorum exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut praedictum Decretum sub eisdem Censuris, vel privationis vocis activae, & passivae poenis Sedi Apostolicae, vel praedictae Congregationi Cardinalium reservatis, confirmaret, prohibendo insuper, ne ullus superior regularis, nec quidem noster, & pro tempore existens Nuncius Apostolicus in illis partibus super praemissis nisi id ei a Sede praedicta permissum fuisset, dispensare valeat, emanavit ad eorundem exponentium supplicationem a praedicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, audita relatione Nuncii Apostolici Ulyssipone residentis, ac attentis narratis, praefatum Capitulare Decretum P. Vicarii Generalis, & Definitorum Ordinis Praedicatorum in omni sui parte benigne approbavit, & confirmavit, & moderno Patri Provinciali Provinciae Portugalliae, ejusque pro tempore successoribus injungit, ut pro omnimoda illius observantia invigilent. Romae 25. Septembris 1716. -- F. Cardinalis de Abdua. R. Archiepiscopus Damascenus.

§. 1. Cum autem sicut pro parte eorundem exponentium Nobis nuper expositum fuit, ipsi secundo dictum Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summo opere desiderant,

Decretum praed. quo prohibentur sub majori excommunicatione expensas excedentes eius fieri solitas 20. abhinc annis.

Decretum Congregationis confirmans recensitum Decretum.

Preces Vicarii, & Definitorum.

Nos

commercii cum Rom. Curia, in executione Literarum Apost. & occupatione reddituum ac fructuum Ecclesiast.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clauſula.

Nos ſpecialeſ iſtis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatae exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præſertim præſatæ Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illicque inuolabilis Apoſtolice firmitatis robur adjicimus; ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inuolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegates etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienſer, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XII. Decemb. MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CLII.

Conceditur Nuncio Hiſpaniarum facultas abſolvendi a Cenſuris, & pœnis eos qui libertatem, Immunitatem, & juridiſtionem Eccleſiaſticam violaverunt.

Cauſas harum cenſurarum vide in Conſtitutione, quæ hic reſertur. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Mar. 17., P. 5. conceditur abſolutio a quodam voto pro Magiſtratu Pampilonen.

Venerabili Fratri Pompejo Archiepiſcopo Neocæſarien. Noſtro, & Apoſtolice Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuncio.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam Benediſtionem.

Dudum a nobis emanarunt Literæ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur videlicet.

§. 1. CLEMENS Papa XI. *Ad futuram rei memoriam.* Alias ad Apoſtolatus noſtri noticiam delatis iis, quæ non ita pridem in Regnis Hiſpaniarum, non minus adverſus ſanctiora quavis Eccleſiæ jura, & libertates, quam adverſus noſtram, & Apoſtolice Sedis dignitatem, ac juridiſtionem per ſæculi poteſtatem, non ſine maximo totius Chriſtiani Orbis ſcandalo, perpetrata fuerant, poſſimum vero per Nos accepto, quod expulſo ab eiſdem Regnis Venerabili Fratre An-

tonio Felice Archiepiſcopo Damasceno, Noſtro, & dictæ Sedis Nuncio, ſimulque inde ejeſtis omnibus illius Curie Officialibus, ac proinde abſoluto proſus Pontificio Tribunali, occupatiſque Tabulariis ad illud pertinentibus, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epicoſci prædictorum Regnorum ad Cauſas, quæ eis minime compete- bant, cognoscendas, aliaque jura ad eandem ſedem, ac illius Nuncium pro tempore exiſtente unice ſpectantia exercenda, Regii Nominis auctoritate, ſeu potius abuſu, injuſte non minus, quam nulliter excitati fuerant: Quocumque fidelibus illarum partium cum hac Romana Curia, ubi nos univerſæ Eccleſiæ regimen nullis licet meritis noſtris, præſidemus vetito commercio, omnique eorum ad illam pro gratia, ſive juſtitia obtinenda recurſu ita penitus interdicto, ut illis etiam qua de cauſa ex Hiſpaniis huc advenerant, ſub comminatione Regiæ indignationis juſſum fuerit, quatenus a ceptis deſiſterent atque ad propria ſine ulla mora reverterentur; nec ſane minori auſu inter alia multa utriusque Clero earundem partium perperam injuncta, Regularibus univerſis vetitum fuerat, ne ſuperioribus Generalibus ſuorum Ordinum in hac Alma Urbe commorantibus, non ſecus acſi apud Hoſtes degerent, ullum cultum, ullamve obedientiam, qua eis cæteroqui ſolemnis voti Religione obſtricti reperiebantur, exhibere præſumerent; ac demum ad Nos allato, quod ad conſtandam majorem Regio Nomini invidiam, inter cætera antehac ibi inaudita, acerbiffimum Pontificiæ noſtræ auctoritati inſiſtum fuerat vulnus, novis Literarum Apoſtolicarum executioni interjeſtis impedimentis, quibus illæ contra fas omne Laicorum hominum cenſuræ ſubjiciebantur; aliaque plura, quæ longum nimis eſſet referre, in maximum Eccleſiaſticæ Poteſtatis contemptum, & injuriam patrari contigerat, perinde acſi inclytæ Hiſpanorum Nationi obſcultum pietatis, ſingulari in Romanos Pontifices devotionem per omnes ætates ſummopere commendatæ, ignotum eſſet graviffimis per Sacros Canones irrogatis pœnis, ac cenſuris illos irretiri, qui Arcam Dei prophana manu ſic attingere, ſacraque Eccleſiæ jura contereſe non exhorrent. Nos præmiſſa omnia in mœrore, & amaritudine cordis noſtri ſerio conſiderantes, tum paternis Literis, quas lacrymis potius, quam atramento conſcripſimus, tum aliis adhibitis mediis, arguimus, obſecravimus, increpavimus, inſtantes opportune, importune, juxta Apoſtoli monitum in omni patientia, & doctrina, ut prænarati exceſſus, debita actorum reſciſſione, congruaque tantorum gravaminum reparatione ſarcirentur; charitati interea noſtræ diuturniori longanimitate indulgentes, ut qui illa admiferant, in eam a qua tam longe aberraverant, juſtitie viam, agnita tandem veritatis luce, redirent. Cum autem, non ſine ingenti animi noſtri moleſtia, nuper accepimus, pravis illorum prævalentibus conſiliis, qui ad tutelam, & amplificationem Regiæ Dignitatis pertinere arbitrantur Eccleſiaſticam auctoritatem modis omnibus impetere, quocumque Nos hac in re charitate ſuadente, & quaſi antehac actorum oblitii, hucusque peregrimus, parandæ optatæ tranquillitati adeo non profuerint, ut iis penitus neglectis, nova potius in dies gravamina prioribus adjecta fuiſſe audiverimus: Cujusmodi proſecto ſunt decreta illa, quibus ſaculare poteſtatem eo deveniſſe percepimus, ut non modo ad vacantium in dictis partibus Eccleſiarum fructus, juxta veterem, ac immemorabilem conſuetudinem, necnon notiſſimam tot Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem ad Cameram Noſtram Apoſtolicam ſpectantes, manu appoſuerit, contemptis proſus Eccleſiaſticis Cenſuris tam generatim, per Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. de Reformat. capit. XI. adverſus

Dat. 12. Jan.
1717. An. 17.

Conſtitutio
Clemen. XI.
1711. Oct. 17.
edita, qua
nulla decla-
rantur acta
omnia in ex-
pulſione
Nuncii Apoſ-
tol. ejuſque
tribunalis
abſolutione,
in interdicto

Declaratio
nullitatis
memorato-
rum om-
nium, ex
quibus plura
jam antea
nulla decla-
rata fuerant
Constitut.
ed. 1709.
Oct. 11.

cujusvis Ecclesie bonorum, rerum, jurium, fructuum, ac reddituum occupatores latis, quam speciatim per easdem Apostolicas, ac presertim felic. record. Pauli III., Julii etiam III., Pii V. ac Gregorii XIII. Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum super Ecclesiarum in Hispaniis vacantium fructibus, illorumque administratione editas Constitutiones, adversus illarum transgressores inflicis; Verum etiam novam quandam ab Hispaniis in Apostolicarum Literarum expeditione servandam formam, & hanc quidem Pontificie jurisdictionis summopere laevam, ac illius libertatis, qua fidelibus omnibus in suis potissimum spiritualibus necessitatibus, ad hanc Sanctam Sedem unde Catholice Religionis oracula in universum Orbem diffunduntur, recurrere fas est, penitus eversum, prescribere non erubuerit. Hinc est, quod Nos, ne in tam aperta Apostolice autoritatis, atque Ecclesiasticae Immunitatis oppugnatione periclitari videamur, desertaque turpiter Dei Cause rei efficiamur: tamen notorii, & explorati juris sit ea omnia, que in prejudicium Ecclesie, ejusque jurium, presertim a Laicis, quovis modo attentantur, nullius prorsus esse roboris, & momenti: quin immo rec. me. Urbanus Papa VIII. itidem Predecessor noster dicte Apostolice Sedis, Romanique, & aliarum inferiorum Ecclesiarum, ac Personarum Ecclesiasticarum; Jura quacunquae a prejudicialibus hujusmodi per quandam suam Constitutionem die 5. Junii 1641. editam amplissime preservaverit; Ac nos ipsi plura ex premissis, que tunc nobis innovauerant, queque in quibusdam Literis ante duos annos Episcopis, Ecclesiis, Universitatibus, ac Clero Regulari Hispaniarum a seculari potestate conscriptis continebantur, nulla, irrita, invalida, damnata, & reprobata fuisse, & esse per alias nostras in simili forma Brevis Literas die 11. Octobris 1709. expeditas, quarum tenorem presentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac inserto haberi volumus, declaraverimus: Nunc Ecclesie & dicte Sedis jurium indemnitati per amplius consulere, necnon Animarum periculis quantum Nobis ex alto conceditur, uberius occurrere cupientes, ac omnium, & singulorum, que in premissis, seu eorum occasione quovis modo decreta, ordinata, acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quacunquae etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirerentia presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, omnia, & singula Decreta, Ordinationes, Literas, Intimationes, Mandata, Edicta, & alia quolibet in premissis, seu earum occasione in prejudicium libertatis, Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae, atque autoritatis Apostolice respective quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumquae secuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, & a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto presumpsa, nullius roboris, & momenti, vel efficaciae esse, & ab initio fuisse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri; imo nec ea a quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquod Jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut possidendi, seu quasi possidendi, vel prescribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quodcumquae acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed proinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non existentibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore presentium

denuo declaramus. Et nihilominus ad majorem & abundantiore cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo protestamur, seu firmas preterea, ac salvas esse similiter volumus, atque decernimus, quascunque censuras, & penas Ecclesiasticas, quas ii omnes, qui premissa perpetraverunt, mandarunt, vel rata habuerunt, seu in eis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet presterint, cuiuscumque preeminentie, & dignitatis fuerint, propter eadem premissa quovis modo incurserunt, a quibus, post condignam Ecclesie satisfactionem, non nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (preterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidencia in eadem censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant. Facultatem insuper nobis, & eidem Sancte Sedi expresse reservata, quatenus illi minime redierint ad cor ad alia canonica, & severiora remedia quodcumquae procedendi.

§. 1. Decernentes etiam easdem presentes Literas, & in eis contenta quacunquae etiam ex eo, quod prefati, aut alii quicunque in premissis, seu eorum aliquid jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, preeminentie, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non confenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causaque, propter quas presentes emanarint, sufficienter adducta, verificata, & justificata non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiuntis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumquae juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, & vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumquae spectabit, inviolabiliter, & inconcussae observari. Sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliove quolibet quacunquae preeminentie, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellaria Apostolica Regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus,

Absolutio
Censurarum
& penarum
reservatur
Apostolice
Sedi.

Clausula
amplissima.

Provin-

Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; ac usibus, & stylis etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibuscumque personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentium instantiam, vel earum contemplatione, seu alias quomodolibet in genere, vel in specie etiam consistorialiter in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illarum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Octobris MDCCXI. Pontificatus nostri Anno XI.

§. 2. Cum autem, sicut nuper accepimus, plerique ex eis, qui excessus in præsertis nostris Literis relatos fide eorum aliquem commiserunt, aut alias quoquo modo in illis culpabiles fuerunt, ad cor reversi, ac probe agnoscetes se propter præmissa censuras, & pœnas Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis adversus similia perpetrantes damnabiliter incurrisse, absolutiones a censuris, & pœnis huiusmodi petere, ac quicquid eis pro illa obtinenda præscriptum fuerit, exacte adimplere parati sint. Nos veterem Apostolicæ Sedis morem, quæ tanquam pia Mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate filii propitiam se solet exhibere, ac benignam servare volentes, Fraternalitati tuæ, de cuius fide, integritate, ac prudentia plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, & mandamus, ut si, & postquam Tibi constiterit, super omnibus, & singulis in præiudicium libertatis, Immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, atque auctoritatis Apostolicæ quovis modo perpetratis, quæ in præsertis Literis enunciantur, plene, ac congrue, quemadmodum Tibi significavimus, Ecclesiæ, & Sedi prædictæ satisfactum fuisse, omnes, & singulos prædictos, qui præmissa peregerunt, aut alias in illis quovis modo culpabiles fuerunt, sive Laicos, sive Clericos tam sæculares, quam Regulares ad Te recurrentes, cuiuscumque status, Ordinis, gradus, Dignitatis, & conditionis existant, ac eorum quemlibet si

hoc a Te humiliter petierint, & vera pœnitentia signa ostenderit, factaque prius per eos promissione, quod in futurum a similibus abstinere, & quicquid eis præscriptum, & injunctum fuerit, priusquam infra scriptæ absolutionis beneficium obtineant, observabunt, & adimplebunt, a Censuris, & pœnis Ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, seu incurrisse, dici, censerent, vel præteriri possent, injuncta cuique pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda injunctis, in utroque foro auctoritate nostra Apostolica absolvas, & totaliter liberes, dictasque pœnas eis, & eorum cuilibet gratiose remittas, & condones, ac cum illis, qui Clerici, seu etiam Presbyteri, imo & in Episcopos consecrati fuerint, super irregularitate per eos, quia censuris huiusmodi propter eadem præmissa innodati Missas, seu alia Divina officia (non tamen in contemptum Clavium) celebraverunt, seu alias in suis Ordinibus ministraverunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque foro dispenses, ipsosque, & eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia, & Officia Ecclesiastica quantumcumque cæteroque tamen canonice per eos obtenta, aut alias in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant, statum, & adversus eadem præmissa rehabiles, restituas, reponas, & plenarie reintegres; Nos enim Tibi quantumcumque necessariam, & opportunam ad id facultatem, quam etiam aliis, prout Tibi opportunum videbitur, communicare, & subdelegare valeas, dicta auctoritate, harum serie tribuimus, & impertimur.

§. 3. Non obstantibus Literis Nostris præsertis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eis volumus non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo septimo.

Clausula.

CLIII.

Confirmantur Literæ Parentes Commissarii Generalis Indiarum Occident. Ordinis Min. de Observ. de Visitatore Provinciæ Chilenfis.

Const. ed. 1713. Jun. 16. P. 13. concessum fuit suffragium Superioribus cuiuscumque Canonii Constit. ed. 1717. Sept. 7. P. 17. agitur de deputatione Visitorum pro Provincia Fluminis Januarii. Et Bened. XIII. Const. ed. 1714. Decemb. 20. P. 1. de Visitatore pro Provincia Tucumanis.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Muñillo Frater expresse professus, ac Custos, & Procurator Provinciæ Chilenfis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod alias dilectus etiam filius Josephus Sanz Commissarius Generalis Provinciarum earumdem Indiarum ad parcendum innumeris expensis, quæ pro Visitoribus euntibus ad visitandos Conventus supradictæ Provinciæ Chilen. requiruntur, per suas Parentes Literas desuper emanatas præcepit, ut in posterum non admittatur, nec recipiatur in Provincia huiusmodi aliquis Visitor ex alia Provincia, nisi solum ex illa Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Tucumanis, prout continetur in ipsius Josephi Commissarii Generalis Literis prædictis tenoris qui sequitur, videlicet -- Frater Josephus Sanz Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Regularis Observantiæ

Dat. 25. Jan. 1717. An. 17.

Literæ præd. an. 1715. ed.

Lector

Peritio nonnullorum pro absolutione.

Concessio Nuncio Apostol. facultatis absolventi perentes, servatis servandis a censuris, & pœnis; dispensandi super irregularitate, & in statu pristinum restituendi.

ta de reci-
piendo solo
Visitatore
Provinciae
Assumptionis
B. M. Tucumanis, vel
Commissario
Gener. Peruviano.

Lector jubilarus, Examinator Synodalis Archiepiscopi Toletani, Theologus Regis Catholici in Immaculata Conceptionis Deiparae Congressu, Exprovincialis Provinciae Castellae, Pater ejusdem, & Provinciarum Aragoniae, & Cathaloniae, ac Commissarius Generalis omnium Occidentalium Indiarum cum plenitudine potestatis, & Servus &c. Reverendo Patri Provinciae, & Venerabili Diffinitorio nostrae Provinciae Sanctissimae Trinitatis de Chile salutem, & pacem in Domino Nostro Jesu Christo &c. Cum certiorati simus de excessivis expensis, quibus gravantur illae nostrae praefatae Provinciae, quando RR. Patres Visitatores ad eas visitandas nominantur ex aliis longinquis Provinciis, & quod sint illae gravissimae, & magnae expensae indispensabile, & necessariae propter longissima itinera per Regiones desertas, ut fiat transitus ex una ad alias Provincias, ut experientia notum est. Et cum propter praefatae nostrae Provinciae Sanctissimae Trinitatis paupertatem nequeant fieri illae magnae expensae necessariae ad conducendum Visitatores ex longinquis Provinciis, Nos propterea desiderantes, ut in praedicta nostra Provincia evitentur tam graves sumptus seu expensae, necnon & adherendo Constitutioni Generali praecipiente, eligi Visitatores ex propinquieribus Provinciis, ideoque virtute harum nostrarum Literarum, nostro nomine, & propria manu subscriptarum, & quas sigillo majori nostri Officii sigillamus, & per nostrum Secretarium attestamus, praecipimus, & ordinamus, ut deinceps non admittantur, nec recipiantur in praefata nostra Provincia aliquis Visitator ex alia Provincia, nisi solum ex illa Assumptionis Virginis Mariae Tucumanis, quae proximior est, ut hoc modo occurratur damnis, quae evenire possunt ob excessivas expensas, & ut observetur generalis Constitutio nostri Ordinis; quapropter mandamus, ut statim, ac ipse nostrae Literae Patentes accipiantur in praefata nostra Provincia, intimetur nostrum mandatum in eis contentum R. Patri Commissario Generali nostrarum Provinciarum Regni Peruviani, ut de illo sic admonitus; cui insuper mandamus virtute sanctae obedientiae, & Spiritus Sancti, quod nullo modo, nec sub aliquo praetextu, se opponat, nec contradicat nostro mandato, & dispositioni, nisi solum in casu, quo sua Paternitas Rev. velit sua propria Persona, praedictam Provinciam visitare. Datis in hoc Conventu Sancti Francisci Matrili die 31. Julii 1715. -- Frater Joseph Sanz Commissarius Generalis Indiarum -- Loco ✕ Sigilli -- De mandato S. Remae -- Fr. Clemens Zurita Secretarius Generalis Indiarum.

Preces Procuratoris Chilens.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joannes Procurator praemissa, quo firmius subsistant, Apostolica confirmatione nostrae patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Joannem Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum pariter filium modernum, Procuratorem Generalem dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, praefertur Patentes Literas a memorato Josepho Commissario Generali Indiarum expeditas, ut praefertur, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas praesentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori sub Annulo Piscatoris die XXV. Januarii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

Prohibetur, ne Superiores Provinciae Portugalliae Fratrum Carmelitarum antiquae observ. permittant, Fratres Musicos canere in alienis Ecclesiis.

Const. ed. 1707. Aug. 41. P. 7. revocatae fuerit facultates manandi extra Caenobia dd. Musicis concessa. Et Bened. XIII. Const. ed. 1726. Jan. 14. P. 3. concessum fuit Indultum super quodam onere Missarum.

Const. ed. 1707. Aug. 41. P. 7. revocatae fuerit facultates manandi extra Caenobia dd. Musicis concessa. Et Bened. XIII. Const. ed. 1726. Jan. 14. P. 3. concessum fuit Indultum super quodam onere Missarum.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Andreas de Cerquiera Provincialis Ordinis Fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo antiquae observantiae Provinciae Portugalliae, quod cum in praedicta Provincia, & praesertim in Conventu Ulyssiponen. mos inoleverit, aliquos pueros ad habitum regularem admittendi, ipsosque Musicam, & Musicalia Instrumenta edocendi, ut Divina officia melius concinantur, & festivo concentu solemnes festivitates celebrentur, ac in id assequendo dictus Conventus immodicas pecuniae summas consumat; praedicti vero Juvenes sic ad habitum Regularem hujusmodi admissi, & edocti, postquam suam statuto tempore professionem per Fratres dicti Ordinis emitti consuetam expresse emiserint regularem, ac in Sacro Presbyteratus Ordine constituti sint, multiplici praetextu hanc Sanctam Sedem, ejusque pro tempore existentes in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Nuncios pro obtinendis indultis, & gratiis adeant, ut retento habitu regulari hujusmodi, vel praetextu, quod Parentibus pauperie laborantibus subveniant, aut Sororibus, Neptibusque elemosynas e Musico exercitio collectas contribuant, alii autem servitio Ecclesiarum Cathedralium infervientibus

Clausula.

CLIV.

Dat. 22. Febr. 1717. An. 17.

Quomodo introductus hujusmodi abusus, & mala inde exorta.

Confirmatio relatarum.

& id

& id ipsum postulantibus locorum Ordinariis, se mancipari faciant, & ita relaxata disciplina regulari, spreteque Superiorum obedientia sine focis vagentur, pecuniisque retentas in pessimos usus convertere, & si forte Superior Religionis id eis impedire pretendat, statim recursus non solum ad eosdem Nuncios, sed etiam ad Tribunalia Saecularia interponant: ex quibus omnibus non solum praefato Conventui maximum detrimentum, sed & Ordini praedicto inexplicabile dedecus, cum notoria, ac pessima vita Regularis, Votorumque emissionis relaxatione, & obedientiae iactura afferri soleat, ipse Andreas Prior Provincialis tot malis occurrere exoptans, Praelatis Superioribus, & localibus Coenventum, Prioribus Provinciae, & Ordinibus praedictorum praesentibus, & futuris sub excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae, necnon officiorum penis eo ipso absque alia declaratione incurrendis, ne de caetero fratribus Musicis licentiam exeundi e Monasterio ad festivitates celebrandas in aliis Ecclesiis, quam praedicti Ordinis, excepta Capella Regia, vel quando Communitas ipsa cum Cruce ad eas peragendas accedit, concedere audeant, seu praesumant per Nos prohiberi, & indulta habitus retenti, aliasque gratias similes tam a sede praedicta, quam ab illius Nunciis desuper obtenta revocari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsius Andreae Prioris Provincialis vocis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo ibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi super praemissis ad eosdem Cardinales transmissam attenderunt, consilio, superioribus quibuscumque praedicti Ordinis, sub penis, ut peritur, excepta illa excommunicationis, ne deinceps licentiam super praemissis ullatenus concedant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium prohibemus, & interdicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Provinciae, Ordinis, & Coenventum praedictorum, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Februarii MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Confirmantur binae resolutiones Capituli Generalis Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum de celebratione ejusdem Capituli.

Constitutiones confirmatae fuere a Greg. XV. Const. edit. 1621. Apr. 1. P. 1. & Urb. VIII. Const. edit. 1634. Nov. 6. P. 12. Hujus Pontificis Const. ed. 1712. Jan. 3. P. 12. concessa fuit Ecclesia, & Collegium S. M. Montium de Urbe Et Bened. XIII. Const. edit. 1726. Junii 3. P. 2. interdicitur omnibus sibi assumere nomen Piorum Operariorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Praepositi, & Capitulum Generale Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum nuncupat., quod in eorum Constitutionibus inter caetera potissimum ex Cap. 20. eruitur, quod Capitulum dictae Congregationis singulis annis cogi, omniaque ejusdem Congregationis Officia ad annum esse debeant; Itidem in Capitulo 3. earundem Constitutionum constituitur, quod in receptione vocalium, omnes, qui decennale tyrocinium in ipsa Congregatione laudabiliter expleverint, admittantur, & alias, prout praedictis Constitutionibus, quae a fel. rec. Gregorio XV. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris Apostolico munimine in forma specifica roboratae, atque ab ejusdem Congregationis initio huc usque servatae fuerunt uberius asserunt contineri; Quoniam vero jampridem compertum fuit, praedictas ipsius Congregationis Constitutiones, quae primum in Civitate Neapolitana ortum habuit, & subinde quoque extra Regnum adolevit, in ejus exordio optime accommodatas, nunc aliquo modo progressum, & bonum ipsius regimen impedire, ideoque anno proxime praeterito in Capitulo Generali statutum fuit, ut idem Capitulum futuris temporibus, non nisi triennio expleto celebraretur, dictaque Officia deinceps triennialia forent, utque vocales ad numerum tricenarium reducerentur; ita ut in casu vacationis tantum alii juxta formam praescriptam admittantur, prout in resolutionibus desuper habitis fufius asseritur etiam contineri. Porro cum die 24. Mensis Julii proxime praeteriti ad enixas preces dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis ipsius Congregationis dictae duae resolutiones in infra-scripta Congregatione Cardinalium relatae fuissent, ipsa Cardinalium Congregatio die 25. Septembris dicti Anni illas confirmandas esse censuit, verum quia quidam praedictae Congregationis Piorum Operariorum Presbyteri, qui huic Congregationi ad praescriptum primitivae Regulae nomen dederunt, eorum praedictum quoad restrictionem vocalium deduxerunt, praedicta resolutio ita moderata fuit, ut sine illorum, qui memoratam Congregationem ante publicationem Decreti hujusmodi ingressi fuerunt, praedictum, procederet, sed adversus praedictas duas resolutiones, nonnullis ex eisdem piis operariis reclamantibus negotium iterum ad eandem Congregationem Cardinalium deductum fuit, & partibus utrinque voce, & scriptis acerrime informantibus, dicta Congregatio Cardinalium stetit in decisio.

Cum autem sicut eadem exposito subjungebatur ipsi exponentes binas resolutiones hujusmodi Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis

CLV.

Dat. 1. Apr. 1717. An. 17.

Resolutiones praedd. anni 1716. editae reformantes Constitutiones, sunt, de celebratione Capituli singulis trienniis de Officiis triennialibus & de numero trienario suffragatorum.

A Congreg. Episc. & Reg. approbatae fuere sine praedictorum, qui jam antea Congregationi nomen dederant.

Preces Capituli.

excom-

Preces Provincialis pro prohibitione sub excommunicationis poena, & privationis utriusque vocis, ac officiorum.

Prohibitio praedicta sub privationis vocis, & officiorum poena tantum.

Clausulae.

Confirmatio
reversarum
resolutio-
num.

Clausula.

excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, & Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinanti, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, binas resolutiones prædictas a memorato Capitulo Generali factas, ut præfertur cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore presentium pro nunc confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritam, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis Piorum Operatorum prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Aprilis MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno Decimo-septimo.

CLVI.

Confirmantur Privilegia, & Decreta Congregationis Episc. & Reg. ne quis vetat eleemosynam quærere Fratribus Discalc. S. Francisci Strictioris Observ.

Inn. XII. Const. ed. 1697. Maij 4. P. 6. declarata fuere quedam Privilegia FF. Strictioris Observ. Benedicti XIII. Const. ed. 1725. Dec. 10. P. 2. confirmantur Privilegia Mendicantium. Et Constit. ed. 1727. Sept. 20. P. 4. Provincia Reformatæ Vallis de Mazzara conceditur receptio eleemosynæ pro Missis.

Dat. 8. Julij
1717. An. 17.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuum rei memoriam.

Preces Fratrum Provincia Matritensis, aliorumque Cenobiorum pro confirmatione facultatis quærendi eleemosynam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Discalceati Provincia S. Josephi Matritensis, omniumque Regnorum tam in Hispaniis, quam Conventuum ubique existentium Ordinis S. Francisci Strictioris Observantia nuncupat, quod ipsi privilegia eis a se. rec. Sixto PP. IV. Prædecessore nostro in §. VIII. Bullæ Auræ concessa, necnon Decreta a Congregatio-

ne tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita pluries emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quæ decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, seu ab aliis Regularibus prohiberi minimè possint, quin per se ipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tantum, si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, quaritare voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinanti, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris generalis dicti Ordinis super præmissis ad eosdem Cardinales transmissam viderunt, consilio, privilegia, & Decreta supra recensita, & respective extensa auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Decernentes easdem præsentis Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincia, & Ordinis prædictorum etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Julij MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-Septimo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de divisione Provincia S. Joannis Evangelistæ Insularum Azzorum, & Terseiræ Fratrum Min. de Observ.

Inn. XII. Const. ed. 1700. Jul. 10. P. 9. confirmata fuit alternativa in d. Provincia. Hujus Pontificis Const. ed. 1712. Dec. 23. P. 13. revocata fuit dismembratio Cenobiorum a Provincia Neapolis FF. Discalc. Et Inn. XIII. Const. ed. 1722. Jun. 22. P. 2. extat commissio Nuncio Neapolis super d. dismembratione.

Confirmatio
præd. Privilegiorum, &
Decretorum.

Clausula.

CLVII.

Dat. 8. Julii
1717. An. 17.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Ministri Provincialis, atque Diffinitoris, omniumque fratrum Provinciae S. Joannis Evangelistae Insularum Azzorum, & Terseirae respectivae nuncupat. aliarumque Insularum Maris Oceani temporali ditioni Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbium Regis Illustris subiectarum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod praedicta Provincia magno Conventuum, & Religiosorum numero abundans, quippe quae ultra parvos Conventus, seu Hospitia, Oratoria, & Monasteria Monialium, quae retinebat ab aliis septemdecim conspicuis Conventibus constituebatur, & quingentos, & ultra Religiosos numerabat, difficillime, & non sine magno ejusdem Provinciae praedictae, ac deplorabili Regularis observantiae discrimine, & relaxatione ab uno tantum Ministro Provinciali regi, gubernari, & visitari poterat, nam cum praedicta Insulae, & situate supra dicta de Terseira, aliaeque adjacentes adeo longa Maris interapedine ab aliis Insulis Afforum disjangerentur, ut Minister Provincialis pro tempore existens pro explenda visitatione de Conventu ad Conventum iter aliquando centum quadraginta leucarum per Mare Oceanum aggredi opus haberet, hinc eveniebat, quod aut nunquam, aut raro omnium, & singulorum Conventuum visitatio per illum compleri valebat; Et si aliquando aliquis ob disciplinae Regularis zelum in tam vastum Pelagum se committere ausus fuerat, saepe saepius zelum suum sibi exitialem expertus fuerat, nam aut vorticibus absorptus, aut a Piratis deprehensus nullam utilitatem sed sibi exitum, Provinciae luctum, & subsequenter Ministris Provincialibus exemplum, ne similia tentarent, induxerat. Quinimo nedum Minister Provincialis, sed quamplures etiam alii Religiosi, dum de Insula in magis distantem Insulam vigore obedientiae, aut ob exercenda Religionis officia transfretaverant, consimilia infortunia passi fuerant, nam aut perierant in Mari, aut Piratarum Algerinorum mancipia evaserant. His etiam accedebant innata animorum aversiones, & antipathiae, quibus Religiosi Nationales alii alios insectabantur, unde mutua discrimina, & continuae dissensiones inter Religiosos Insularum Sancti Michaelis, & sanctae Mariae unam Nationem, ac alios Insulae Terseirae, reliquarumque adjacentium aliam factionem respective constituentes dimanabant, adeoque hujusmodi dissidia ita excreverant, ut miscentibus sese illis etiam saecularibus utriusque nationis, tantum scandalis non obruta fuisset, dum praeter ceteris Conventus dictarum duarum Insularum Sancti Michaelis, & Sanctae Mariae ab eodem Ministro Provinciali, qui ex praedicta Insula Terseira fuerat, se subtraxerant, utque magis illa non exardescerent Minister Generalis dicti Ordinis dictam perniciosissimam rebellionem mediante deputatione unius Commissarii cum Jurisdictione, & superioritate in eisdem Conventus tolerare coactus fuerat, ideoque, ut tot praedicta, incommoda, & scandala praefatae Provinciae de medio tollerentur, ac in illa debita quies, & Regularis disciplina restituerentur, debitumque gubernium per superiores exerceri valeret pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut illam scindere, &

separare, constituendo quidem ex decem Conventibus, & ex aliis exiguis Domibus, seu Oratoriis, vel Hospitiis, ac Monasteriis Monialium quae sunt in Insula praefata de Terseira, & aliis quinque adjacentibus, cum tercentorum viginti Religiosorum numero unam Provinciam cum retentione ejusdem nominis Provinciae sancti Joannis Evangelistae, ac cum eodem sigillo, titulis, & praerogativis, quibus a feli. rec. Urbano Papa VIII. Praedecessore Nostro erecta fuerat, ex aliis vero septem Conventibus cum eorum Hospitiis, Monasteriis Monialium, & aliis parvis Conventibus, si qui in duabus Insulis S. Mariae, & Sancti Michaelis essent, unam Custodiam sub titulo, & denominatione Custodiae Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae Insulae ejusdem S. Michaelis ab uno Custode, & duobus Diffinitoribus regendam, & gubernandam, quae dilecto etiam filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Generali subiecta esse deberet, concurrente in id praedicti Joannis Regis beneplacito erigere, & creare dignaretur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster simplicem hunc libellum benigne remisit, visis relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac Juribus deductis, reque mature perpenfa, referente Eminentissimo de Abdua, Oratorum precibus indulfit juxta petita. Romae 15. Januarii 1717. F. Cardinalis de Abdua. R. Archiepiscopus Damascenus Sec. - Loco ✕ Sigilli.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte Ministri Provincialis Diffinitoris, caeterorumque Fratrum praedictorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desiderarent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eadem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praefatorum, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo ro-

Diviso in Provinciam Sancti Joannis Evangelistae, & Custodiam SS. Conceptionis B. M. V.

Decretum d. Congregationis approbans recentem divisionem.

Praes. Provinciae.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

Causae plures dividendi dict. Provinciam.

bore permanfuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimo-ſeptimo.

CLVIII.

Conceditur translatio Indulgentiæ plen. perp. in feſto S. Scholaſticæ in diem translati feſti pro Congregatione Monachorum Bursfeldenſium in Germania.

Hæc indulgentia conceſſa fuit a Clem. X. Conſt. ed. 1671. Dec. 19. P. Eadem translatio præmiſſa fuit in Feſto S. Benediæ ab Inn. XI. Conſt. ed. 1679. Sept. 26. P. 3.

Dat. 31. Julii
1717. An. 17.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Preces Congregationiſt Bursfeldenſis, & Cauſa translationis d. Indulgentiæ a Clem. X. conceſſæ.

Cum dudum ſel. rec. Clemens Papa X. Prædeceſſor noſter omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifiſidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refeætiſ, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Monafteriorum tam Monachorum, quam Monialium Regularum Sancti Benediæti profitentium eatenus erectis, & impoſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sanctæ Scholaſticæ Sororis ejuſdem Sancti Benediæti, a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis diei huiſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuſerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſerit, prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris Literis die 19. Decembris 1671. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur. Et ſicut pro parte dilectorum filiorum Monachorum Congregationiſt Bursfeldenſis in Germania Ordiniſ Sancti Benediæti Nobis nuper expoſitum fuit, feſtum ejuſdem Sanctæ Scholaſticæ, quod die X. Februarii celebratur, aliquando in aliquam ex Dominicis, ſive Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ, & Quadrageſimæ, vel in diem Cinerum incidat, eaque de cauſa in alium diem transferatur, ac propterea dicti exponentes opportune ſuper hoc a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderent. Nos eorundem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ferie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari ut quandocumque memoratum feſtum Sanctæ Scholaſticæ ex cauſa prænarata ad alium diem transferatur, Chriſtifiſdeles prædicti, qui aliquam ex Eccleſiis ſupradictæ Congregationiſt Bursfeldenſis eo die, ad quem translatio huiſmodi facta fuerit, devote pariter viſitaverint, cæteraque omnia in Literis prædictis præſcripta adimpleverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem a præfato Clemente Prædeceſſore, ſicut præmittitur, conceſſam conſequantur, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi præmiſſa omnia in ipſo feſto non translato adimpleviſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in perpetuum concedimus, & indulgemus.

Conceſſio translationis Indulgentiæ a die 10. Feb. in diem translati feſti.

§. 1. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra, de non concedendis Indulgentiis ad inſtar,

aliſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXXI. Julii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimo-ſeptimo.

Clauliæ.

CLIX.

Conceditur Indulgentia plen. perp. in feſto Sancti Raymundi de Peñafort, & Petri Nolæſci pro Eccleſiis Ordiniſ B. M. de Mercede.

Alex. VIII. Conſt. ed. 1690. Jul. 28. P. 1. extat communicatio Privilegiorum, & Indulgentiarum aliorum Regularium. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Jul. 14. P. 5. confirmatur cultus immemorabilis B. Serapioni exhibitio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 4. Aug.
1717. An. 17.

Injunæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum theſaurus diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & conſolvendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoriſ Generaliſ Ordiniſ Beate Mariæ de Mercede Redemptioniſ Captivorum nomine nobis humiliter porrectis inclinari, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejuſ auctoritate conſiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifiſidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refeætiſ, qui aliquam ex quorumcumque Conventuum dicti Ordiniſ tam hætenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sancti Raymundi Pennafort, ejuſdem Ordiniſ, una cum Sancto Petro Nolæſco Fundatoriſ a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei huiſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuſerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporis valiturus.

Exordium.

Conceſſio præd. Indulgentiæ ob preces Procuratoriſ Gen.

Clauliæ.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV. Auguſti MDCCXVII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo-ſeptimo.

Confirmatur Decretum Congregationiſ Epiſc. & Reg. de ſuffragio Exprovincialium, Exceſſorum, & Excollegarum Ordiniſ S. Franciſci de Paula.

CLX.

Conſt. ed. 1710. Feb. 6. P. 10. conceſſa fuit alternativa tripartita pro Provincia Meſſanen.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

In Capitulis
Gen. 1703.
1717. concef-
fum fuit fuf-
fragium Ex-
provinciali-
bus, Exzelo-
fis, & Excol-
legis in Capi-
tulis Provin-
cialibus, &
Definitoriis.

Alias pro parte dilecti filii Bertrandi Mon-
nat Procuratoris Generalis Ordinis Fra-
trum S. Francisci de Paula Minorum nuncu-
patorum nobis expofito quod in Comitibus Gene-
ralibus dicti Ordinis Anno 1703. Maffilia coac-
tis pro feliciori ordinis hujusmodi regimine
omnibus vocalibus vifum fuerat neceffarium
porrigere Nobis fupplicationem; quatenus cui-
libet Exprovinciali nulla fententia irrecito vo-
cem in omnibus Capitulis tam Provincialibus,
quam Definitoriis, etiam in cafu mortis, feu
depositionis, aut renunciationis concedere di-
gnaremur, quod quidem propofitum; tanquam
Divina gloria incremento, regularis obfervan-
tia nervo, ac virosum infignium promotioni pro-
ficuum Fratres pro celebratione Capituli Gene-
ralis ejuſdem Ordinis Valentia noviffime con-
gregati nedum laudaverant, fed etiam poſt ma-
turam, & accuratam rei inquisitionem illud idem
privilegium pari ratione ad Fratres Exzelofos, &
Excollegas generales ejuſdem Ordinis unanimi
confenfione extendendum eſſe judicaverant. Nos
fupplicem libellum Nobis ſuper pramiffis por-
rectum ad Congregationem Venerabilium Fra-
trum noſtrorum S. R. E. Cardinalium nego-
tiis, & confultationibus Epifcoporum, & Regu-
larium prepoſitam remiſimus; dicta vero Con-
gregatio Decretum edidit tenoris, qui ſequitur,
videlicet: Sacra Congregatio Eminentiffimo-
rum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardina-
lium negotiis, & Confultationibus Epifcopo-
rum, & Regularium prepoſita, ad quam San-
ctiffimus D. Noſter ſupplicem hunc libellum re-
miſit, viſa relatione Patris Correſtoris Gene-
ralis Ordinis, referente Eminentiffimo Gualte-
rio, cenſuit, ac decrevit, ſupraſcripta duo De-
creta Capituli Generalis eſſe confirmanda, prout
preſentis Decreti vigore confirmat. Non ob-
ſtantibus Conſtitutionibus ipſius Ordinis, ac aliis
quibuſcumque in contrarium facien. &c. Romae
30. Julii 1717. - F. Cardinalis de Abdua. J.
Archiepiſcopus Damascenus.

Decretum
Congrega-
tionis an.
1717. editum
approbans
ſtatuta prad.

Preces to-
tius Ordinis.

§. 1. Cum autem ſicut dictus Bertrandus
Prior Generalis, tam ſuo, quam totius Ordinis
hujusmodi nomine Nobis denuo nuper exponi
fecit, ipſe Decretum hujusmodi pro firmiori il-
lius ſubſiſtentia, Apoſtolicæ confirmationis no-
ſtrae patrocinio communiti plurimum deſideret:
Nos ipſum Bertrandum ſpecialibus favoribus, &
gratis proſequi volentes, & a quibuſvis excom-
municationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliisque
Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a Jure,
vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis,
ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effe-
ctum preſentium dumtaxat conſequendum, ha-
rum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſen-
tes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper
hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præ-
infertum, auctoritate Apoſtolica tenore præ-
ſentium confirmamus, & approbamus, illique
inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjici-
mus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate
memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Claulaſa.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas
firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore,
ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, &
obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore
ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniffi-
me ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quofcum-
que Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
ſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſu-
per his a quoquam quavis auctoritate ſcienter,
vel ignoranter contrigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſi-

tutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec-
non dicti Ordinis etiam juramento, confirmatio-
ne Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque,
indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium
præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confir-
matis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingu-
lis, illorum tenores præſentibus pro plene, &
ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum in-
fertis habentes, illis alias in ſuo robore perman-
ſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dum-
taxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæte-
riſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub An-
nulo Piſcatoris die XII. Auguſti MDCCXVII. Pon-
tificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

Conceditur facultas eligendi Commiſſarios Viſi-
tatores ex eadem Provincia pro Provincia
Conceptionis B. M. Fluminis Januarii Fratrum
Min. de Obſerv. Reformat.

CLXI.

De hujusmodi Commiſſariis vide Inn. XI. Conſt. ed.
1682. Maji 13. P. 7. Et Conſt. ed. 1688. Aug. 28.
P. 13. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1717. Jan. 25.
P. 17. confirmatae fuere Literæ de Viſitatores Pro-
vincia Chilen. Conſt. ed. 1717. Aug. 20. P. 17. re-
vocantur indulta perſonalia conceſſa d. Provinciae
Conceptionis, & S. Antonii. Et Bened. XIII.
Conſt. ed. 1724. Dec. 20. P. 1. agitur de Viſi-
tatore Provinciae Aſſumptionis B. M. Tucumanis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius An-
tonius a Plagis Procurator Provinciae Con-
ceptionis Beatae Mariae V. Immaculatae Fluminis
Januarii Ordinis Fratrum Minorum Sancti Fran-
cisci de Obſervantia Reformatorum nuncupato-
rum, quod alias quondam Petrus Marinus Sor-
manus dum vixit Miniſter Generalis dicti Or-
dinis incommodis, expenſis, graviffimisque mo-
leſtiis, quæ ex deputacione Commiſſariorum
Europæorum ad viſitandas perſonas, & S. An-
tonii Bahienſis ejuſdem Ordinis Provincias in
Brafilia, earumque Capitulis præſidendam mit-
ti ſolitorum proveniebant, ſimulque vagationi-
bus Fratrum, qui propter Cauſas appellacionum
longiffimis itineribus ſe committere cogebantur,
opportunitis rationibus occurrere volens, non-
nullas ordinationes in dictis Provinciis ſervan-
das fecit per quaſdam ſuas patentes literas die
29. Martii 1682. expeditas per quas præcepit, ne
impoſterum ad dictas Provincias Commiſſarii
Viſitatores Europæi mitti, ſed ipſi ex eiſdem
met Provinciis aſſumi deberent, modo ſequenti;
nempe, ut in quolibet Capitulo Provinciali ſe-
cundo dictæ Provinciae Sancti Antonii novum
Definitorium tres Religioſos ex primodicta Pro-
vincia Conceptionis Beatae Mariae Virginis Im-
maculatae in Commiſſarios Viſitatores ejuſdem
Provinciae S. Antonii eligeret, eorumque no-
minatio ad dictum Miniſtrum Generalem data
prima occasione diſceſſus alicujus navis ad par-
tes Europæas ſub pena ſuſpenſionis a Divinis,
tam a Miniſtro Provinciali, quam ab aliis, qui
præmiſſa neglexiſſent, incurrenda mitteretur,
ita ut Viſitatores Commiſſarii unius Provinciae
ex alia reciperentur, & alias prout in prædictis
literis patentibus per quaſdam felicis recorda-
tionis Innocentii PP. XI. die 3. Maji dicti Anni
deſuper in ſimili forma Brevis expeditas, con-
firmatis uberius dicitur contineri. Poſtmodum
verò cum quondam Philippus a Matre Dei Pro-
curator dictæ Provinciae S. Antonii bo. mc. Al-
derano dum vixit Epifcopo Oſtien. S. R. E. Car-
dinali Cybo nuncupato, tunc dicti Ordinis apud

Dat. 7. Sept.
1717. An. 17.

A miniſtro
Gen. an. 1682.
ob nonnullas
cauſas re-
jectis Com-
miſſariis Vi-
ſitatores
Europæis,
conſtituti alii
fuere ex Pro-
vincia Flumi-
nis Januarii
pro Provin-
cia S. Anto-
nii, & vice-
verſa.

Sed ob no-
vas cauſas a
Card. Pro-
rectore an.
1688. con-
cellum fuit.

1717.
feligi posse
dd. Commis-
sarios pro
Provincia S.
Antonii ex
eadem Pro-
vincia.

Sedem Apostolicam Prorectori exposuisset, quod dicti Commissarii Visitatores, sive ex Portugallia, sive ex Fluminis Januarii Provinciis hujusmodi selecti fuerant, ex se ob magnam distantiam commissum sibi munus minime adimplere poterant, ipse Alderanus Episcopus Cardinalis, & Prorector de consensu, & approbatione Definitorii Generalis, & Ministri Generalis praedicti Ordinis die XI. Augusti 1688. per suum Decretum praecipit, & mandavit, ut de caetero in Capitulis Provincialibus praedictae Provinciae Sancti Antonii tres Religiosi feligi possent, iisque Ministris, vel Commissariis Generalibus pro tempore existentibus proponi deberent, ad hoc, ut unum ex his in Commissarium Visitatorem ejusdem Provinciae constituerent, & deputarent, & in defectum primi, alterum subrogarent, quam quidem deputationem ad eandem Provinciam quamprimum remittere deberent, ad hoc ut Commissarius Visitator intra tempus a Constitutionibus Ordinis hujusmodi praescriptum Visitationem assumere, & complere posset, & alias, prout in eisdem Alderani Episcopi Cardinalis, & Prorectoris Decreto ac Literis Apostolicis in simili forma Brevis die 28. ejusdem mensis Augusti super illius confirmatione emanatis, quorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur; Sicque praedicta Provincia S. Antonii hucusque gubernata fuit.

Preces Pro-
curatoris
Provinciae
Fluminis Ja-
nuarii pro
simili con-
cessione.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio sub-
jungebat, memoratus Antonius Procurator, quo
praedictis inordinationibus, quibus dicta Provin-
cia sua de praesenti obnoxia reperitur, occurre-
re valeat, praedictae suae Provinciae eandem fa-
cultatem, quae Provinciae S. Antonii concessa fuit,
a Nobis concedi plurimum desideret. Nobis
propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis
opportune providere, & ut infra indulgere
de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Antonii Procuratoris
votis in praemissis, quantum cum Domino pos-
sumus favorabiliter annuere volentes, eumque
a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & poenis a jure, vel ab homine qua-
vis occasione, vel causa laici, si quibus quomo-
dolibet innodatus existit ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,
& absolutum fore censentes, hujusmodi
supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fra-
trum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &
consultationibus Episcoporum, & Regularium
praepositorum, qui relationes jam defuncti Pro-
curatoris Generalis, & dilecti filii Moderni Vice-
Prioris Generalis dicti Ordinis Discalceatorum,
& Recollectorum super eisdem praemissis
dictis Cardinalibus factas audiverunt, consilio,
Fratribus Definitorii primordiae Provinciae fa-
cultatem eligendi in eorum Capitulis Provincia-
libus tres Religiosos benemeritos, & quos magis
idoneos judicaverint, eosque Ministris, vel Com-
missariis generalibus pro tempore existentibus
proponendi ad hoc, ut ex iis tribus unum Com-
missarium Visitatorem ejusdem Provinciae con-
stituant, & deputent, & in defectum primi al-
terum subrogent; ac deputationem ad eandem
Provinciam quam primum remittere debeant,
ut Commissarius Visitator intra tempus a Con-
stitutionibus praescriptum Visitationem assu-
mere, & complere possit, auctoritate Apostolica
tenore praesentium concedimus; salva tamen
semper in praemissis auctoritate dictae Congrega-
tionis Cardinalium.

Concessio
d. facultatis
pro Provin-
cia Fluminis
Januarii.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia

plenissime suffragari, & ab eis respective inviola-
biliter observari: sicque in praemissis per quo-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam
Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari,
& definiti debere; ac irritum, & inane, si se-
cus super his a quoquam, quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non Provincialibus, & ordinis hujusmodi, etiam
Juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, & consuetu-
dinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris
Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis illorum tenores, praesen-
tibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de
verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in
suo robore permanens, ad praemissorum effectum
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub An-
nulo Piscatoris die VII. Septembris MDCCXVII.
Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Statuitur, ut Capitulum Gen. Monachorum
Congregationis Reformatae S. Bernardi deinceps
habeatur singulis sexenniis.

CLXII.

Const. ed. 1710. Off. 3. P. 10. *avocata fuit lis super
aequalitate officiorum. Et Const. ed. 1719. Apr.
3. P. 19. confirmatur praesens Constitutio.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum (sicut accepimus) in Congregatione
Reformata Sancti Bernardi Monachorum Or-
dinis Cisterciensis, usus Capitulum Generale,
in quo tam Abbas Generalis, quam alii Prima-
rii ejusdem Congregationis Superiores eligi con-
sueverunt, de triennio in triennium celebra-
ndi hactenus invaluerit; Experientia vero com-
pertum fuerit, ex adeo frequentiori Capituli hu-
jusmodi celebratione, ac Superiorum mutatio-
ne multiplicia universae Congregationi praedictae
adferri incommoda, & detrimenta, tum ob
graves, quas singulae Provinciae ratione ipsius
Capituli quolibet triennio, non sine earum, &
Monasteriorum notabili onere, & damno face-
re tenentur, expensas; tam etiam ob diuturnam
eorundem Superiorum ac praecipuorum Religio-
forum, qui pene continuos itinerum labores
subire, ac non modicum tempus in accessu,
mora, & recessu a loco Capitulari absumere co-
guntur, a suis Provinciis, & Monasteriis ab-
sentiam. Quibus pariter accedit, quod ubi vix
praedicti superiores debitam rerum ejusdem Con-
gregationis, ac qualitatum Monachorum suae
curae commissorum cognitionem nacti fuerint,
munerum suorum eventat vacatio. Nos consi-
derantes pro ipsius Congregationis ejusque Mo-
nasteriorum & personarum levamento, ac fel-
lici prosperaque eorum directione, nec non
Monastica disciplinae conservatione expediens
fore, dicti Capituli celebrationem de triennio
in sexennium deinceps differri, ac proinde illo-
rum utilitati, & commoditati, quantum cum
Domino possumus, consulere cupientes, de
particulari Congregationis nonnullorum ex Ve-
nerabilibus fratribus Nostri S. R. E. Cardina-
libus ad id a Nobis specialiter deputatorum,
qui ejusmodi negotium mature, & accurate
perpenderunt consilio, ac etiam motu proprio,
ac ex certa scientia, ac matura deliberatione
Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudi-
ne, ut de caetero Capitulum Generale praedictae

Dat. 4. Maii.
1718. An. 18.

Causa cele-
brandi Capi-
tulum singu-
lis sexenniis,
& non ampli-
us trienni-
is.

Statutum
praed. motu
pro prio fa-
ctum.

Congrega-